**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 267**

, 164.



-tinet narrationes cum moralibus, et mysticis applicationibus in usum concionatorum conge-stas: Scatet insipidis fabulis, horridamque illius ævi barbariem manifestat. Typis excusum ao 1488. extat inter Antiqq: typograph: Bibliothecæ nostræ multo auctius.

# Cod: CCLXVII.

B 4.8.

Chartac: Fol: Sæc 15.

1.

Joannis Nider Manuale Confessorum.

1a – 31a

Joannis Nider Manuale Confessorum, quod incipit: "Quoniam juxta beati Gregorii!" Plura de hoc in Codde: CXII. n: 7. nec non CCXXXIII. n: 7, ac CCVII. n: 11.

2

Ejusdem tract: de lepra morali.

31a – 74b

Rubrica: "Incipit tractatus de lepra morali supradicti doctoris Magistri Johannis nider ordinis predicatorum." Initialia sunt: "Olim deum legimus" &c. Vide Codd: CXII n: 8, atque CCVII. n: 12.

3.

Joann: Merkelin expositio epistolarum dominicalium.

75a – 242b

Joannis Merkelin expositio epistolarum dominicalium. Præfatio incipit: "In Christo reverendissimo patri ac domino domino hein-rico divina et apostolicæ sedis gracia War-niensis ecclesie episcopo frater johannes Mer-kelin lectorum minimus ordinis heremita-rum S. Augustini conventus fredebergensis &c. Cum nuper ad mentem meam reduxerim qualiter jocundo animo librum de instrucci-one simplicium Sacerdotum per me collectum &c. recepistis." Primæ epistolæ expositio inci-pit: "Hora est &c: Gloriosus doctor beatissi-

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 267**

, 165.



„mus Augustinus."

De Joanne Merkelin, qui floruit Sæc: de„cimo quinto agit Ossinger pag: 585. Sed miror nullam ab ipso mentionem fieri libri de instruc„tione simplicium Sacerdotum, quem tamen a se compilatum eloquitur ipse Merkelinus.

4.

Thomæ de Haselbach de tempore nuptiarum fragm: 243a

Thomæ de Haselbach de tempore nuptiarum fragmentum. Incipit: "Dubitatur quo tempore possunt et debent fieri nupcie". In fine ad„ditur: Hec Haselbach in sermone de nup„ciis" &c.

# Cod. CCLXVIII.

Chartac: Fol: Sæc: 15.

B 5. 1.

1.

Sermones festivales. 2a–154a

Sermones festivales per circulum anni. Exordium primi de S. Andrea incipit: "Aulam Assueri audebat nemo intrare" &c; Sermo ip„se:" De vocacione S. Andree transcurso modo vocandi."

2.

Tractat: contra judæos, seu pharetra fidei. 157a–192b

Tractatus contra judæos, seu pharetra fi„dei. Hunc titulum præsenti disputationi imponit Placidus Braun in Notit: Codd: Mss: Vol: IV. p. 99. Præfatio incipit: "In disputa„cione judeorum nota triplicem cautelam." In fine præfationis hæc notatu digna legun„tur:" Ista scripta sunt de erroribus judeo„rum in thalamuth quos transtulit fr. theobal,

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 267

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27619

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)